B.J. 11707 1.6
1

CHARTER

BY

PUBLIC LIBRARY

KING JAMES VI.

IN FAVOUR OF

The TOWN of PERTH.

Dated 15th November 1600.

AND A

TRANSLATION.

JACOBUS Dei gratia Rex Scotorum omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ clericis et laicis ſalutem SCIATIS quia nos jam multo poſt noſtram legitimam et perfectam ætatem viginti quinque annorum omneſque et ſingulas noſtras revocationes tam ſpeciales quam generales et poſt omnia et ſingula noſtra diſſolutionum acta tam poſt actum generalis diſſolutionis noſtræ proprietatis factum in parliamento noſtro et publicis ordinum regni noſtri comitiis habitis Edinburgi menſe Junio anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto quam poſt alia diſſolutionum acta præcedentia et prius facta habita ratione vetuſtæ et antiquæ conſtitutionis clariſſimæ urbis noſtræ Perthenſis ſeu burgi noſtri de PERTH per illuſtres noſtros predeceſſores digniſſimæ memoriæ Scotorum Reges in liberam civitatem liberumque regium ac regale burgum magnæque antiquitatis ejuſdem dicti noſtri regii burgi vetuſtate antiquiſſimi ac commodi et amœni ſitus ejuſdem in ipſa media patria et medio regno noſtro conjungentis unam regni noſtri dimidiam partem cum altera dimidia regni noſtri parte in obedientia ſubjectione et obſequio regibus ejuſdem eorumque imperio CONSIDERANTES etiam idem noſtrum burgum regium de Perth omni pacis et belli tempore maxime capax aptiſſimum et commodiſſimum ad publica comitia publicoſque et majores ordinum regni noſtri ad ſubditorum et populorum noſtrorum conventos recipiendos et in quo illuſtres noſtri predeceſſores virique nobiles et clari conſules et alii populares curiæ curialeſque et conſulares conventus ad res determinandas frequentius ab antiqua memoria conveniebant et ubi tempore belli civilis ac hoſtilis et externi convenire opportet In quo etiam burgo noſtro regio illuſtres noſtri prædeceſſores cum ſuis reginis et conjugibus liberis et familiis habitarunt uſi eo idem burgo noſtro regio pro certo domicilio et habitationis ſuæ loco ſedeque belli in omnem occaſionem et in quo burgo noſtro regio omnia parliamenta et comitia publica ordinum regni noſtri olim ab antiqua memoria habebantur cum idem dictum noſtrum burgum de Perth ſit et fuerit in omnes uſus huic regno et imperio noſtro maxime utile et neceſſarium QUEMADMODUM etiam et procuratores ac commiſſionarii cæterorum burgorum regni noſtri ex ſpeciali delegatione cognitionis cauſa a nobis et ordinibus

dinibus regni noſtri per actum parliamenti noſtri comitiorumque publicorum regni noſtri ordinum Omnes ſua ſententia et decreto legitime lato una voce ſine ulla diſcrepantia et diſſentione concluſerunt judicarunt et conſtituerunt dictum noſtrum burgum regium de Perth ac procuratores ac commiſſionarios ejuſdem antiquitatis et dignitatis ordine præferendos villæ de Dundie incoliſque ac procuratoribus et commiſſionariis ejuſdem cenſendoſque loco et dignitate priores et ut in omnibus noſtris ſucceſſorumque noſtrorum parliamentis et publicis ordinum regni comitiis omnibuſque aliis ordinum et burgorum conventibus et conciliis præfatum burgum noſtrum regium de Perth procuratores et commiſſionarii ejuſdem haberent et fruerentur imperpetuum principatu prærogativa priore loco ordine eſſentque in votis et ſuffragiis ferendis priores ante dictam villam de Dundie incolas procuratores et commiſſionarios ejuſdem et ut in eiſdem dicta villa de Dundie incolæ procuratores et commiſſionarii ejuſdem prorſus et omnino cederent præfato noſtro burgo regio de Perth incolis procuratoribus et commiſſionariis ejuſdem antiquitatis et dignitatis ordine prioribus ceſſarentque penitus (ea de cauſa) contendere cum dicto noſtro burgo regio de Perth incolis procuratoribus et commiſſionariis ejuſdem aut ipſos quacunque moleſtia damno aut injuria afficere ipſiſve negotium faceſſere ET QUIA pons dicti noſtri burgi regii de Perth cui ponti nomen pons Taii fluminis eſt præcioſiſſima regni noſtri gemma opuſque unice utile et imprimis neceſſarium toti regno et imperio noſtro et ad cohibendos rebelles ac ad ipſos et vitiis affectos unamque regni noſtri dimidiam partem cum altera dimidia parte ejuſdem in fide obedientia et officio erga nos regeſque regni et imperii noſtri continendos ET QUIA ea de cauſa rationeque plurimorum ſingulorum munerum et egregiorum officiorum a dicto noſtro burgo regio de Perth civibus et incolis ejuſdem ſæpius et diverſis temporibus erga illuſtres noſtros prædeceſſores et in rem regni noſtri publicam in rebus arctis et ſummis anguſtiis præfectorum illuſtres noſtri prædeceſſores Non ſolum dictum noſtrum burgum regium de Perth ſummis beneficiis egregiiſque donationibus libertatibus privilegiis et immunitatibus tam abunde et copioſe cumularunt et ornarunt ut cætera fere beneficia donationes libertates et privilegia cæteris burgis regiis regni noſtri conceſſa pene referantur ad dictum noſtrum burgum de Perth et beneficia in idem prius collata et ab ipſis quaſi pendeant data congruentur Sed etiam dictus pons quaſi publicum et commune

mune regni opus per omnes regni et imperii noſtri ſubditos et populares publicis ſuis communibuſque tributis et impenſis ædificatus et conſtructus ſit ET QUIA ex annuis firmis dicti burgi noſtri regii de Perth extenden. annuatim ad ſummam octoginta librarum monetæ Sterlingorum illuſtres noſtri prædeceſſores ante ullum actum annexationis conceſſerunt per partes et portiones ſummam ſexaginta novem librarum octo ſolidorum et octo denariorum ejuſdem monetæ Sterlingorum in puram et perpetuam elemoſinam priori et conventui de Sanct. Androis abbati et conventui de Scona abbati et conventui de Cambuſkynneth priori et conventui vallis Virtutis prope dictum burgum noſtrum regium de Perth fratribus Dominicalibus ſeu prædicatoribus minoribus et fratribus Carmelitis ſeu albis fratribus dicti noſtri burgi regii de Perth reſpective Et ſimiliter ante ullum annexationis actum dederunt et diſpoſuerunt reſiduum dictarum firmarum burgalium dicti burgi noſtri regii de Perth aldermanno et communitati ejuſdem et ſuis ſucceſſoribus in eadem moneta Sterlingorum ad ſuſtentationem dicti Pontis in puram et perpetuam elemoſinam imperpetuum NOSQUE per noſtram cartam dedimus et conceſſimus hoſpitali et pauperibus dicti noſtri burgi regii de Perth in puram et perpetuam elemoſinam imperpetuum dictas firmas burgales portioneſque earundem prius per dictos illuſtres noſtros prædeceſſores dictis abbatibus prioribus conventibus et fratribus reſpective in puram elemoſinam conceſſas ut præfertur quemadmodum et in annuis innitis et ſubductis rationibus ſeu computis dictarum firmarum burgalium redditus per balivos dicti noſtri burgi regii de Perth et alios ſuo nomine in noſtro ſcaccario coram auditoribus ejuſdem dicti auditores exonerarunt et liberarunt ratiocinantes et computantes de dictis firmis burgalibus per allocationem et approbationem ipſis dictæ ſummæ ſexaginta novem librarum octo ſolidorum et octo denariorum ſolut. et allocat. dictis pauperibus quæ prius de dictis firmis burgalibus ſolvebatur annuatim dictis abbatibus prioribus conventibus et fratribus reſpective ut præfertur et per allocationem ac approbationem dictis ratiocinantibus et computantibus dicti reſidui dictarum firmarum burgalium tanquam conceſſ. de eiſdem dictis firmis burgalibus in elemoſinam ad reparationem et ſuſtentationem dicti pontis prout in rationum noſtrarum codicillis et rotulis ſubſcriptiſque dictarum firmarum burgalium innitis ſubductiſque rationibus et computis plenius continetur ET QUIA in memoria habentes

bentes animoque recolentes bonum fidele et gratuitum ſervitium multas res geſtas plurimaque munera et egregia officia omnibus præteritis quoties ſeſe obtulit occaſio tam belli quam pacis temporibus per dictum burgum noſtrum regium de Perth civeſque et incolas ejuſdem in nos et illuſtres noſtros prædeceſſores honorem et decus patriæ tam in noſtros noſtrorumque prædeceſſorum propriis quam in publicis regni et reipublicæ negotiis impenſa et collata conſtituimus eiſdem reſpondere et ſatisfacere expectata ad eam rem commoditate et occaſione qua poſſemus aliquam ſaltem grati et benevolentis animi noſtri ſignificationem erga dictum noſtrum burgum regium de Perth cives ac incolas ejuſdem et ſuos ſucceſſores dare et expli. are cumque pro parte ſatisfactionis et recompenſationis expediat fitque in rem regni noſtri coronæ et amplitudinis noſtræ multumque valeat in futurum ad excitandos alios ad præſtanda in nos et ſucceſſores noſtros omnia officia ut dictum noſtrum burgum regium de Perth omneſque et ſingulæ donationes beneficia terræ poſſeſſiones cenſus reditus libertates privilegia immunitates commoda accidentia caſualitates et alia quæcunque quocunque tempore dicto noſtro burgo regio de Perth præpoſitis aldermannis balivis conſulibus civibus burgenſibus ac communitati ejuſdem et ſuis ſucceſſoribus dictoque hoſpitali et pauperibus ejuſdem per nos et illuſtres noſtros prædeceſſores alioſque quoſcunque data et conceſſa rata maneant obſervantur et defendantur ornenturque et augeantur pluribus et majoribus immunitatibus cenſibus et redditibus NOS IGITUR ſuadentibus præmiſſis et pro diverſis aliis bonis ac rationi conſentaneis cauſis et conſiderationibus nos moventibus ex noſtra certa ſcientia et proprio motu cum aviſamento conſilio et conſenſu dilectorum noſtrorum fidelium conſiliariorum Domini Davidis Murray de Goſpetrie Militis noſtrarum rationum et computorum præfecti et rotulatoris Joannis Comitis Montroſiæ cancellarii regni noſtri et Magiſtri Joannis Skene clerici rotulorum et regiſtri noſtri NON SOLUM RATIFICAVIMUS et APPROBAVIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAVIMUS prout tenore præſentis cartæ noſtræ pro cauſis antedictis cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. RATIFICAMUS at APPROBAMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS in omnibus et ſingulis ſuis capitibus articulis punctis conditionibus circumſtantiis et clauſulis ſecundum tenorem earundem in omnibus OMNES ET SINGULAS particulares cartas infeofamenta

feofamenta confirmationes decreta indenturas jura titulos ſecuritates literas ſcripta et evidentias ſubſcript. donationes beneficia libertates commoditates immunitates et privilegia in eiſdem content. facta data conceſſa et confirmata per nos et illuſtres noſtros prædeceſſores reges et reginas hujus regni noſtri pro tempore et alios infra ſcriptos prædicto noſtro burgo regio de Perth Præpoſito Aldermannis Balivis Conſulibus Civibus Burgenſibus ac communitati ejuſdem et ſuis ſucceſſoribus dictiſque hoſpitali et pauperibus ac in ipſorum ſeu alicujus favorem ipſorum, viz. CARTAM factam per quondam WILLIELMUM bonæ memoriæ Regem Scotorum fundatorem et inſtauratorem dicti noſtri burgi regii de Perth poſt vaſtationem et ruinas ejuſd. inundatione dicti fluminis et amnis Taii In quaquidem carta ſub figillo magno dicti quondam Willielmi Regis Scotorum PROHIBETUR firmiter Ne quis mercator extraneus infra vicecomitatum noſtrum de Perth extra burgum ſuum de Perth aliquid emat vel vendat ſuper regiam defenſionem ſed extranei mercatores deferant mercaturas ſuas ad dictum burgum ſuum de Perth et ibi eas vendant et denarios ſuos implicent ſi quis vero mercator extraneus ſuper hanc defenſionem inventus fuerit in dicto vicecomitatu de Perth aliquid emens vel vendens ut caperetur et detineretur donec voluntas regia de eo perciperetur PROHIBETUR etiam firmiter Ne quis mercator extraneus ſecet pannum ad vendendum in dicto burgo de Perth niſi a die Aſcenſionis Domini uſque ad vincula Sancti Petri infra quos terminos ipſi ſecarent pannum ſuum ad vendendum in foro de Perth et ibi vendant et emant pannum et alias mercaturas communiter cum burgenſibus regiis ſicut dominici burgenſes ſui (ſalvis rectitudinibus regiis) PROHIBEN. etiam ut omnes qui manent in dicto burgo de Perth et cum burgenſibus regiis ad forum communicare voluerint communicent cum illis ad auxilia regia reddenda cujuſcunque homines ſint PROHIBEN. etiam ne aliqua taberna habeatur in aliqua villa in dicto vicecomitatu de Perth niſi ubi miles ſit dominus villæ et in ea manens et ibi non habeatur niſi una ſola taberna conceden. etiam eiſdem burgenſibus ſuis de Perth ut habeant gildam ſuam mercatricem exceptis fullonibus et telariis PROHIBEN. etiam firmiter ne quis manens extra ſuum burgum de Perth in dicto vicecomitatu de Perth faceret pannum tinctum vel tonſum infra dictum vicecomitatum de Perth nec facere faceret præter burgenſes ſuos de Perth qui eſſent in gilda mercatoria et qui communicarent ad auxilia regia ſolvenda cum burgenſibus regiis de Perth

Willi

(exceptis illis qui de hac libertate cartam ſuam prius uſque in illud tempus habebant) Et ideo firmiter PROHIBEN. ne quis in dicto vicecomitatu de Perth facere præſumeret pannum tinctum vel tonſum ſuper plenariam regiam forisfacturam Si vero alicujus pannus tinctus vel tonſus inventus fuerit factus ſuper defenſionem regiam præcipien. vicecomiti ſuo quatenus caperet pannum et inde faceret ſecundum quod conſuetudo fuit tempore regis David avi ſui conceden. juſte ſuam firmam pacem omnibus illis qui ligna vel materiam attraherent ad dictum burgum ſuum de Perth Et ideo PROHIBEN. ne quis eos diſturbaret ad ea vendenda vel emenda poſtquam infra unam lucam terræ prope dictum burgum ſuum de Perth veniſſent ipſis autem omnes dictas libertates et conſuetudines conceden. et dicta ſua carta confirman. PROHIBEN. etiam firmiter ne quis extraneus extra dictum burgum ſuum de Perth emeret vel venderet coria vel lanam niſi in dicto ſuo burgo de Perth ET SIMILITER cartam confirmationis et donationis factam et conceſſam per quondam ROBERTUM ejus nominis tertium bonæ memoriæ Scotorum Regem ſub ſuo magno ſigillo de data apud Edinburgum quinto die menſis Maii anno regni ſui decimo ratifican. et confirman. dictam priorem cartam in eadem inſertam conceſſam per dictum quondam Willielmum regem ET SIMILITER etiam dan. et conceden. Præpoſito Balivis Burgenſibus ac communitati dicti burgi de Perth et eorum ſucceſſoribus qui pro tempore fuerint imperpetuum ad reparationem emendationem et conſtructionem dicti pontis omnes fines amerciamenta et eſchætas contingen. ſeu contingere valen. quomodolibet de quibuſcunque tranſgreſſionibus ac attemptatis contra tenorem dictæ cartæ in dicta carta confirmationis inſertæ ET SIMILITER cartam feudifirmæ factam per quond. ROBERTUM ejus nominis ſecundum Regem Scotorum ſub ſuo magno ſigillo de data apud Dunfermlyng vigeſimo tertio die Julii anno regni ſui quarto dilectis et fidelibus Aldermanno Burgenſibus et communitati dicti burgi de Perth de toto et integro prædicto ſuo burgo de Perth TENEN. et HABEN. dictis aldermanno burgenſibus et communitati et hæredibus ac ſucceſſoribus ſuis in feodo et hæreditate imperpetuum Per omnes rectas metas et diviſas ſuas cum aquis et ſtagnis multuris molendinis et eorum ſequelis cum inſulis ſuis jacentibus infra aquam de Taia viz. lie Law de Inſcherret Incherray et Sleiples et cum omnibus piſcariis ſuis ad illas inſulas pertinentibus circumquaque ex omni parte et utrolibet ac qualitercunque adjacentibus

Rot. 3tii ad Ed. 5 Maij Regni sui 10mi.

Rot. 2. Dunfermlyn 23 July regni 4

jacentibus et adjacere quomodolibet valentibus in futurum cum piſcaria unius retis inſulæ regiæ Et cum omnibus aliis piſcariis ſuis inſularum dicti burgi de Perth cum annuis redditibus particatarum et burgagiorum firmis toloniis ac parva cuſtuma dicti burgi de Perth Nec non cum moris mareſiis pratis paſcuis et paſturis cum curiis dicti burgi de Perth et earundem curiarum exitibus Et cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus commoditatibus aſiamentis ac juſtis pertinen. quibuſcunque ad dictum burgum de Perth ſpectantibus ſeu juſte ſpectare valentibus quomodolibet in futurum tam infra burgum quam extra tam ſubtus terra quam ſupra terram adeo libere quiete plenarie integre et honorifice ſicut aliquis burgus infra regnum noſtrum per quoſcunque ejuſdem quondam Roberti ejus nominis ſecundi Regis Scotorum prædeceſſores ad feudifirmam liberius concedebatur et aſſedabatur ſalvo duntaxat ſibi et hæredibus ſuis magna cuſtuma dicti burgi de Perth REDDENDO ſibi et hæredibus ſuis præfati aldermannus burgenſes et communitas dicti burgi de Perth octoginta libras Sterlingorum ad feſtum Penthecoſtes et Sancti Martini in hieme per portiones æquales tantum pro omni alio ſervitio conſuetudine ac demanda ſalva dicta magna cuſtuma dicti burgi de Perth ut ſupra ET SIMILITER ejuſdem dictæ cartæ feudifirmæ tranſumptum de regiſtro ſub magno ſigillo Sereniſſimi Principis quondam Jacobi Secundi Dei gratia Scotorum Regis Illuſtriſſimi de data apud Edinburgh vigeſimo quinto die menſis Octobris anno regni ſui ſeptimo ET SIMILITER cartam factam per quondam ROBERTUM de BRUCE Regem Scotorum Illuſtriſſimum prædicto burgo de Perth et burgenſibus ejuſdem penes gildam ejuſdem et libertatem mercatoribus dictæ gildæ emendi et vendendi omnia mercimoniorum genera in omnibus locis infra dictum vicecomitatum noſtrum de Perth et præcipue infra aquam de Taia uſque a Drumlay et infra PROHIBEN. ne aliqui extranei mercatores cum navibus aut naviculis mercandiſis oneratis venien. infra dictam aquam de Taia et maxime infra Drumlay præſumant aliquod vendere aut bulcam frangere niſi de licentia mercatorum dicti burgi de Perth PRECIPIEN. quod hujuſmodi mercimonia ipſis ante omnia re ipſa et effectu proferantur ſine dolo ſub amiſſionis pœna rerum venditarum ET SIMILITER literas dicti quondam ROBERTI de BRUCE Regis Scotorum de data apud Reſtennet decimo nono die menſis Junii et regni ſui duodecimo PROPORTAN. quod intelligens burgenſes ſuos dicti burgi de Perth coram Willielmo de Lindſay Camerario Scotiæ apud Dundie

Ja 2. 5 Oct. Yr. 7

Rob Bruce

Rob Bruce 19 June 12 Yr

Dundie die Sabbathi tunc proximo ante feſtum Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ petiiſſe libertatem ſuam quod nulla navis veniens infra Drumlay cum mercandiſis debet exonerari nec frangere bulk quouſque veniat ad dictum pontem dicti burgi de Perth niſi onerata ſit cum bonis manentium in dicta villa de Dundie vel tempore nundinarum de Dundie Ideoque dicto Camerario ſuo mandaſſe quatenus dict. libertatem proclamari faceret et dictos burgenſes ſuos dicti burgi ſui de Perth in eadem juſte manu teneret ET SIMILITER Cartam confirmationis factam per quond. DAVIDEM ejus nominis ſecundum Scotorum Regem Illuſtriſſimum ſub ejus magno ſigillo de data apud Perth decimo die menſis Aprilis anno regni ſui triceſimo ſexto RATIFICAN. et CONFIRMAN. dictam Cartam factam per dictum quondam Willielmum Regem Scotorum et alteram dict. cartam fact. per dict. quondam Robertum de Bruce Scotorum Regem ET SIMILITER Cartam ſeu confirmationem factam per dictum quondam ROBERTUM ejus nominis tertium Scotorum Regem ſub ſuo magno ſigillo de data apud Edinburgh ſexto die menſis Maii anno regni ſui decimo RATIFICAN. et CONFIRMAN. dictas literas conceſſas per dictum quond. Robertum de Bruce Scotorum Regem in eadem carta et confirmatione verbatim inſertas PRECIPIEN. etiam in eadem confirmatione camerariis ſuis Scotiæ quatenus dictam libertatem publice proclamari facerent et dictos burgenſes ſuos juſte manu tenerent in eadem ET SIMILITER Cartam factam per dictum quond. ROBERTUM Regem ejus nominis tertium ſub ſuo magno ſigillo de data apud Linlithgow decimo die menſis Aprilis anno regni ſui quarto Præpoſito burgenſibus et communitati dicti burgi de Perth Quod ipſi et ſucceſſores ſui habeant imperpetuum unum VICECOMITEM de ſuis comburgenſibus inhabitantibus dictum burgum de Perth Quem ipſi Aldermannus et burgenſes ad ſuæ liberæ voluntatis arbitrium et pro quanto tempore voluerint et duxerint elegendum Continen. etiam univerſas poteſtates auctoritates conceſſas eidem vicecomiti ac ſucceſſoribus ſuis et eorum deputatis Necnon CONCEDEN. dictis Aldermanno et burgenſibus ac communitati dicti burgi de Perth Quod habeant et poſſideant imperpetuum omnes fines amerciamenta et quoſcunque alios exitus curiarum dicti vicecomitis infra dictum burgum de Perth terras aquas et alia ad eundem burgum pertinen. et ſuas metas foraque et nundinas dicti burgi de Perth accidentes et accidentia ad ſuſtentationem gubernationem et reparationem dicti pontis de Taia una cum quibuſcunque amerciamentis

David 2. 10 April reg. 36.

Rot 3 Ed: 6 May reg. 10.

Rot 3. Linlithgow 10 Apr. Reg. 4.

tis

tis et finibus itinerum juſticiariæ infra dictum burgum de Perth et ejus metas contingentibus Ac etiam cum diverſis aliis donationibus libertatibus et privilegiis in eadem carta conceſſis et contentis ET SIMILITER actum deliberationem et declarationem auditorum ſcaccarii in ejuſdem cartæ dorſo ſubſcript. per Ricardum Robertſoun ſubſtitutum Magiſtri Joannis Frafell clerici rotulorum et regiſtri PROPORTAN. quod in ſcaccario Regis Jacobi Quarti tento apud Edinburgh decimo octavo die menſis Junii anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto dicti auditores inſpexerunt eandem cartam et deliberaverunt quod omnia amerciamenta et financiæ itinerum juſticiariæ de Perth ſuper inhabitan. burgi de Perth contingen. perſolvi debeant Aldermannis et Vicecomiti de Perth infra burgum ad reparationem dicti pontis de Taia Et quod ipſi reddant computum de eiſdem ſingulis annis prout continetur in eadem dicta carta Et quod extract. dictorum itinerum dirigantur dicto vicecomiti infra burgum tunc in futurum Et SIMILITER duas ſeparatas cartas factas per dictum quondam ROBERTUM ejus nominis tertium Scotorum Regem ſub ſuo magno ſigillo unam earundem de data apud Lynlythgow decimo die menſis Maii anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo ſeptimo et ejus regni anno octavo alteram vero earundem duarum cartarum de data apud caſtrum ſuum de Rotheſay viceſimo octavo die menſis Februarii dicto anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo ſeptimo et regni ſui octavo communitati burgenſibus et fratribus gildæ dicti burgi de Perth CONCEDEN. eiſdem liberam et plenam auctoritatem licentiam ac poteſtatem ſpecialem quod ubicunque quandocunque et quotieſcunque ipſorum aliqui vel aliquis invenerint aut invenerit aliquos foriſtellatores infra libertatem ſuam dicti vicecomitatus de Perth ipſi et ipſorum aliqui vel aliquis poſſunt et poſſit capere et arreſtare hujuſmodi foriſtellatores et bona quæcunque per ipſos foriſtellata confiſcare et aſportare libere dan. et conceden. eaſdem confiſcationes et amerciamenta ac bona foriſtellata burgenſibus communitati et fratribus gildæ dicti burgi de Perth hæredibus ſuis et ſucceſſoribus imperpetuum omneſque et ſingulas confiſcationes quorumcunque bonorum per vicecomitem ac burgenſes de Perth confiſcatorum ſeu aſportatorum una cum amerciamentis omnibus et ſingulis foriſtellatorum per dictum vicecomitem aut burgenſes dicti burgi de Perth captorum ſeu arreſtatorum quotieſcunque quandocunque et ubicunque hujuſmodi foriſtellatores coram quocunque judice ſive infra dict.

Rot. Rol 3
1st Litt. 10 May
1397 Reg. 8.
2d Rothesay
28 Feb 1397

vicecomitatum de Perth ſive extra fuerint convicti Idque in puram et perpetuam elemoſinam ad opus et ſuſtentationem dicti pontis de Perth cum diverſis aliis capitibus in eadem carta contentis ET SIMILITER aliam cartam factam per eundem quondam ROBERTUM Regem ejus nominis tertium ſub ſuo magno ſigillo apud Edinburgh penultimo die menſis Januarii anno Domini milleſimo quadringenteſimo quarto annoque regni ſui decimo quinto pro communi et publica regni utilitate dictique pontis ſuſtentatione de Perth cujus ſuſtentatio toti communitati regni neceſſaria exiſtit Aldermanno ac communitati dicti burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus imperpetuum de undecim libris monetæ Sterlingorum reſiduis et ſibi debitis de firmis dicti burgi de Perth tenen. ad ſuſtentationem dicti pontis de Perth in puram et perpetuam elemoſinam percipien. et levan. annuatim de firmis dicti burgi de Perth ad duos anni terminos conſuetos ET SIMILITER cartam factam per dictum quond. ROBERTUM Scotorum Regem ejus nominis tertium ſub ejus ſecreto ſigillo haben. robur ſui magni ſigilli de data apud caſtrum ſuum de Rotheſay quinto die menſis Martii anno regni ſui decimo ſexto penes conceſſionem et confirmationem Aldermanno Balivis conſulibus et decano gildæ dicti burgi de Perth qui pro tempore fuerint ſuæ liberæ poteſtatis auctoritatis et licentiæ ſpecialis faciendi et ordinandi cum conſenſu et aſſenſu fratrum gildæ dicti burgi de Perth ſtatuta ordinationes conſtitutiones et conſuetudines ad hoc faciendum poſt maturas deliberationes communicato ſicut decet totali conſilio dicti burgi de Perth de et ſuper dict. burgum de Perth inhabitantibus ſeu tunc in futurum inhabitaturis cujuſcunque ſtatus ſeu conditionis exiſtant uti valeant contra ſuos vicinos et alios dictum burgum de Perth intravenientes hujuſmodi ſtatuta ordinationes conſtitutiones et conſuetudines infringentium pœnas levare toties quoties ipſis videbitur expediri tam in curia balivorum dicti burgi de Perth quam in curia gildæ ejuſdem et alias ad commodum et utilitatem dicti pontis dicti burgi de Perth ſpecialiter ſuſtendendas continen. etiam diverſas alias libertates capita et articulos ET SIMILITER indenturam de data apud Perth vigeſimo nono die menſis Junii anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto factam inter aldermannum balivos conſules et communitatem dicti burgi de Perth pro ſe et ſuis ſucceſſoribus ab una et quondam Ricardum Eviot de Ballhouſſie pro ſe hæredibus ſuis et ipſorum aſſignatis ab altera partibus penes ocream lie bute de Ballhouſſie aliaque contenta in eadem indentura ET SIMILITER cartam confirmationis et venditionis factam per quond. Patricium de Ruthven

Rob 3. 30. Jany 1404 leg 15.

Rob 3. p. S. Rothesay 5 March leg. 16.

Ruthven Dominum ejuſd. ſub ſuo ſigillo una cum ſigillo quond. Magiſtri Joannis Dunyng vicarii de Perth per ipſum procurato de data apud Perth viceſimo quarto die menſis Decembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo RATIFICAN. et CONFIRMAN. quaſd. evidentias alias factas et conceſſas Præpoſito Burgenſibus et communitati dicti burgi de Perth ac ſuis ſucceſſoribus per quondam dicti quond. Patricii prædeceſſores et Dominos Willielmum de Ruthven ejus avum et Joannem de Ruthven ſuum patrem Milites de quadam petia terræ cum pertinen. jacen. inter monaſterium Carmelitarum de Tullielum et communem moram dicti burgi de Perth venden. etiam et alienan. eand. etiam dictam petiam terræ cum pertinen. dict præpoſito burgenſibus ac communitati burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus titulo oneroſo tenen. de Domino Rege in feodo et hæreditate imperpetuum renuncian. omni jure quod ad dict. communem moram et præcipue ad lie Catſyde in eadem mora habere poterit cum aliis capitibus et articulis in eadem confirmatione et venditionis carta contentis ET SIMILITER indenturam de data apud Perth viceſimo quarto die menſis Novembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto ſub ſigillis et ſubſcriptionibus manualibus quond. Willielmi Domini Ruthven libere tenementarii baroniæ de Ruthven cum pertinen. et quond. Willielmi Ruthven ejus filii et hæredis apparen. feodatarii dictæ baroniæ cum pertinen. factam inter ipſos ab una et præpoſitum balivos conſules et communitatem dicti burgi de Perth et quond. Joannem Eviot de Ballhouſſie ab altera partibus penes aquæductum et aquæ paſſagium ac curſum ad molendina dicti burgi de Perth ejuſd. aquæ clauſuram et retentionem reparationem et ſuſtentationem operis nuncupat. Louſwark cum aliis capitibus in eadem indentura contentis ET SIMILITER cartam fact. per quond. JACOBUM ejus nominis ſecundum Regem Scotorum Illuſtriſſimum noſtrum tritavum ſub ſuo magna ſigillo de data apud Perth viceſimo quinto die menſis Martii anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo et regni ſui decimo ſexto Burgenſibus et communitati dicti burgi de Perth eorumque hæredibus et ſucceſſoribus burgenſibus ejuſdem burgi eximen. exoneran. et liberan. ipſos ſimiliter ab omni ſolutione cuſtumæ talis et pellium vulgaliter dictarum ſchoirlingis ſkaldingis futfaillis lentroun wair lambſkynnis todſkynnis calfſkynnis cunnyngſkynnis ottarſkynnis et fowmartſkynnis in dicta carta mentionat. continen. etiam certas proviſiones penes dict. pelles ac ſali

ac

Jac 2?

Perth 25 March 1451 reg 16.

Jac 5 Perth 10 March 1527 reg 15.

ac cuſtumam earundem ET SIMILITER cartam confirmationis fact. per quond. noſtrum avum bonæ memoriæ JACOBUM ejus nominis quintum Regem Scotorum Illuſtriſſimum ſub ſuo magno figillo de data apud Perth decimo die menſis Martii anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo et regni ſui decimo quinto RATIFICAN. et CONFIRMAN. dictam priorem cartam in ead. inſertam factam per dict. quond. Jacobum Secundum Regem noſtrum tritavum penes dict. exonerationem dictæ cuſtumæ ſalis et pellium antedict. ET SIMILITER omnes et ſingulas cartas et donationes fact. et conceſſ. per illuſtres noſtros prædeceſſores prædicto burgo noſtro de Perth Præpoſitis Balivis Conſulibus et communitati ac ſuis ſucceſſoribus ejuſd. burgi de officio CORONATORIÆ lie crownerſchip in dicto noſtro burgo regio de Perth communitatibus libertatibus et caſualitatibus dicti officii ac jus et proprietatem ejuſd. officii pertinen. ad dictum noſtrum burgum de Perth præpoſitos balivos conſules ac communitatem ejuſd. et ſuos ſucceſſores ſuamque ſuorumque prædeceſſorum ejuſd. officii continuam et ab antiqua memoria vetuſtiſſimam poſſeſſionem documentaque per ipſos deſuper capta ET SIMILITER tres literas unam viz. indentatam de data apud Dunfermlyng viceſimo die menſis Maii anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo et duas alias patentes non indentatas unam earund. de data apud monaſterium de Dunfermlyng nono die menſis Junii eodem dicto anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo alteram vero earund. de data apud idem monaſterium de Dunfermlyng decimo ſexto die dicti menſis Junii dicto anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo omnes dictas tres literas factas per abbatem et conventum dicti monaſterii de Dunfermlyng ſub ipſorum communi figillo præpoſito balivis ac communitati dicti burgi noſtri de Perth et ſuis ſucceſſoribus penes quaſdam conventiones inter ipſos dictoſque abbatem et conventum dicti monaſterii de Dunfermlyng ab una et altera partibus in eiſd. dict. literis mentionat. ET SIMILITER literam confirmationis conceſſam per quond. Jacobum priorem eccleſiæ cathedralis Sancti Andreæ et ejuſd. epiſcopo in remotis agente vicarium generalem et per ejuſd. eccleſiæ capitulum ſub figillo officii dicti vicariatus una cum appenſione figilli communis dicti capituli dictæ eccleſiæ cathedralis Sancti Andreæ de data apud Sanctum Andream tertio die menſis Septembris dicto anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ratifican. et confirman. dictas tres literas in ead. confirmationis litera ad longum verbatim inſertas factas per dictos abbatem et conventum

tum de Dunfermlyng dictis præpoſito balivis et communitati dicti noſtri burgi de Perth et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum ut præfertur ET SIMILITER omnes et ſingulas fundationes donationes et mortificationes factas per quaſcunque perſonas aut perſonam dicto noſtro burgo de Perth Præpoſitis Aldermannis Balivis Conſulibus decanis gildæ et decanis artium burgenſibus ac hoſpitali et pauperibus ejuſdem dicti burgi noſtri de Perth reſpective de quibuſcunque præbendis præbendariis altaribus altaragiis capellis capellaniis et beneficiis fundat. vel ſituat. in eccleſia parochiali dicti noſtri burgi de Perth vel in quacunque alia eccleſia capella ſeu loco infra libertatem ejuſdem et de jure patronatus earundem et de quibuſcunque terris et annuis reditibus ad ea datis conceſſis aut dotatis et quaſcunque noſtras noſtrorumque prædeceſſorum confirmationes earundem ET SIMILITER duas cartas noſtras factas per nos ſub noſtro magno ſigillo dictis hoſpitali et pauperibus dicti noſtri burgi de Perth et in ipſorum favorem unam earund. de data apud Sanctum Andream nono die menſis Auguſti anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono regnique noſtri tertio alteram vero noſtram cartam et donationem de data apud Edinburgum viceſimo nono die menſis Julii anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo et regni viceſimo primo debite confirmatam per duo ſpecialia acta parliamentorum noſtrorum et publicorum ordinum regni noſtri comitiorum viz. per unum actum parliamenti ordinumque regni noſtri publicorum comitiorum habitorum Edinburgi dicto viceſimo nono die dicti menſis Julii dicto anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo et per alterum actum parliamenti noſtri et ordinum regni noſtri publicorum comitiorum habitorum quinto die menſis Junii anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo ET SIMILITER decretum datum et latum per dictos commiſſionarios burgorum noſtrorum de data apud dictum burgum noſtrum de Perth vigeſimo primo die menſis Junii anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo decernentes concludentes et omnes unica voce ſine ulla diſcrepantia et diſſentione ordinantes quemadmodum Et nos hiſce præſentibus tenoreque præſentis cartæ pro nobis et ſucceſſoribus noſtris VOLUMUS DECERNIMUS et ORDINAMUS quod dictus noſter burgus regius de Perth procuratores et commiſſionarii ejuſd. antiquitatis et dignitatis ordine præferantur dictæ villæ de Dundie incoliſque ac procuratoribus et commiſſionariis ejuſdem cenſeanturque illis loco et dignitate priores et ut in omnibus noſtris ſucceſſorumque noſtrorum parliamentis et publicis or-

dinum regni comitiis omnibuſque aliis ordinum et burgorum conventibus et conciliis præfatus burgus noſter regius de Perth procuratores et commiſſionarii habeant et fruantur omni tempore affuturo imperpetuum principatu prærogativa priore loco et ordine ſintque in votis et ſuffragiis ferendis priores ante dict. villam de Dundie incolas procuratores et commiſſionarios ejuſdem et ut in iiſd. dicta villa de Dundie incolæ procuratores et commiſſionarii ejuſdem prorſus et omnino cedant præfato noſtro burgo regio de Perth incolis procuratoribus et commiſſionariis ejuſd. antiquitatis et dignitatis ordine longe prioribus ceſſentque penitus ea de cauſa cum dicto burgo noſtro regio de Perth incolis procuratoribus et commiſſionariis ejuſd. contendere ipſoſve quacunque moleſtia damno aut injuria afficere vel ipſum negotium faceſſere ET SIMILITER omnes et ſingulas cartas et donationes factas et conceſſas per nos et illuſtres prædeceſſores noſtros dicto noſtro burgo regio de Perth Præpoſitis Aldermannis Balivis Conſulibus burgenſibus et communitati ejuſd. et ſuis ſucceſſoribus penes fora et nundinas dicti noſtri burgi regii de Perth Et præſertim quatuor liberas publicas ſpeciales nundinas ejuſd. viz. nundinas Palmarum nundinas æſtatis mediæ nundinas autumnalis Beati Joannis et nundinas brumalis Divi Andreæ lie Palm-Sonday fair Midſummer fair Sanct Johnns fair in harveſt and Sanct Androis fair poteſtates libertates et privilegia eiſd. nundinis conceſſ. SED ETIAM nos pro cauſis antedictis cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. RATIFICAVIMUS APPROBAVIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris pro perpetuo CONFIRMAVIMUS prout tenore præſentis cartæ noſtræ RATIFICAMUS et APPROBAMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS omnes et ſingulas alias cartas infeofamenta confirmationes jura titulos ſecuritates literas ſcripta et evidentias quaſcunque donationes libertates commoditates immunitates et privilegia in eiſd. contenta fac. dat. et conceſſ. vel confirmat. per nos noſtroſque illuſtres prædeceſſores hujus regni noſtri Reges et Reginas alioſve fungentes auctoritate pro tempore dicto noſtro burgo regio de Perth Præpoſitis Aldermannis Balivis Burgenſibus conſulibus ac communitati ejuſdem et ſuis ſucceſſoribus dictiſque hoſpitalitati et pauperibus vel ipſorum ſeu alicujus ipſorum favorem cujuſcunque ſint formæ vel formarum contentæ vel contentorum datæ ſive datarum in omnibus et ſingulis ſuis capitibus articulis conditionibus circumſtantiis et clauſulis in eiſd. contentis ſecundum tenorem eorund. in omnibus VOLUMUSQUE ac cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict.

tedict. CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum DECERNIMUS et ORDINAMUS quod dicta generalitas minime diroget noceat aut præjudicet dict. ſpecialitati et quod dicta ſpecialitas minime diroget noceat aut præjudicet dict. generalitati Et quod hæc noſtra præſens præmiſſorum confirmatio et approbatio ſit imperpetuum omni tempore futuro tam bona valida et in ſe ſufficiens in omnibus reſpectibus dicto burgo noſtro regio de Perth præpoſitis aldermannis balivis conſulibus burgenſibus ac communitati ejuſd. et ſuis ſucceſſoribus ac ſi dicta generalitas reduceretur ad ſpecialia et ac ſi dict particulares cartæ infeofamenta confirmationes jura tituli ſecuritates literæ ſcripta et evidentiæ ſupra ſpecificat. et cætera præmiſſa aliaque comprehenſa ſub dicta generalitate hic in hac præſenti carta noſtra ad longum verbatim inſererentur non obſtan. quod ratione magni numeri et multitudinis ac longitudinis et prolixitatis eorund. hic minime inſerantur penes quæ nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. DISPENSAVIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris DISPENSAMUS imperpetuum INSUPER NOS cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. abſque tamen damno derogatione et præjudicio dict. priarum cartarum infeofamentorum confirmationum jurium titulorum ſecuritatum literarum ſcriptorum et evidentiarum particulariter ſupra ſpecificat. aliorumque generaliter ſupra mentionat. donationum libertatum commoditatum immunitatum et privilegiorum in eiſd. content. ſed in eorund. majore corroboratione accumulando jura juribus DE NOVO LOCAVIMUS et ad feudifirmam hæreditarie DIMISIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAVIMUS prout tenore præſentis cartæ noſtræ DE NOVO LOCAMUS et ad feudifirmam perpetuam hæreditarie DIMITTIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS Præpoſito Balivis Conſulibus et burgenſibus ac communitati dicti noſtri burgi de PERTH et ſuis ſucceſſoribus imperpetuum TOTUM et INTEGRUM dictum noſtrum burgum regium de PERTH ejuſdemque burgi mœnia portas foſſas ſtrata calcia plateas vias paſſagia ſtagna pontem portus ac introitus et ædeficia ejuſdem pontis Inſulas auſtralem et borealem territorium molendina terras molendinarias multuras tam aſtrictas quam alia ſervitia ſequelas et alias divorias dict. molendinorum aquæductus et aquarum plauſtra ſive clauſuras lie dams earund. tam clauſtrum ſive clauſuram et inductionem lie dam et intack dicti aquæductus ad dicta molendina vocat Louſwark quam alias et paſſagia dictorum molendinorum aquæductuum et plauſtrorum

plauſtrorum ſive clauſurarum ab omni parte et paſſagia intra et extra communia mœnia dicti burgi de Perth Cum communi mora nuncupata Burgali Mora lie Burrowmure dicti noſtri burgi de Perth tam partem dictæ moræ vocat. lie Catſyde quam cæteras partes ejuſd. moræ omniaque itinera vias actus et paſſagia ad dict. moram et ab eadem Et omnes calcias ſtrata vias itinera actus et paſſagia ex omni parte ducen. ſive ad dictum burgum de Perth ſive ab eod. tam commune iter actum viam et paſſagium ducen. ad aquilonem a dicto noſtro burgo de Perth præter et ſecundum ſuperiora molendina ejuſd. cum duabus longis viis et vico boario lie Long Calſay et Kow Calſay quam aliis omnibus paſſagiis ex omni parte eorund. Cum omnibus libertatibus et privilegiis dicti noſtri burgi de Perth omneſque terras tenementa et annuos reditus jacen. vel levan. infra dict. noſtrum burgum de Perth et libertatem ejuſd. cum ſtagnis lie Speyſtank et paſſagiis ejuſd. et turre lie Spytower portubus et alia communitatem dicti noſtri burgi de Perth Cum dict. inſulis noſtris jacen. infra dict. aquam de Taia viz. lie Law de Inſcherret Inſcherray et Sleiples Et cum omnibus piſcariis noſtris ad illas inſulas pertinen. circumquaque et utrolibet ac qualitercunque adjacentibus aut adjacere quomodo libet valentibus in futurum Cum dicta piſcaria unius retis dictæ inſulæ regiæ Et cum omnibus aliis piſcariis noſtris inſularum dicti burgi noſtri de Perth cum annuis reditibus particatarum et burgagiorum firmis toloniis ac parva cuſtuma dicti noſtri burgi de Perth portarum et portuum ejuſd. commoditatibus privilegiis devoriis et caſualitatibus eorund. dicti noſtri burgi de Perth ac portarum portuum fororum nundinarum viarum et platearum ejuſdem et lie pynorie ac purgationis platearum lie gait dichting et lignorum ac fori lignarii lie tymber et tymber market ſolitis et conſuetis et omnibus cuſtumis et divoriis ſolvi ſeu colligi ſolitis et conſuetis per quaſcunque perſonas aut perſonam pro quocunque genere rerum aut bonorum aſportandorum ad plateas dicti noſtri burgi de Perth ut ibi vendantur Nec non cum moris mareſiis pratis paſcuis et paſturis et curiis dicti burgi de Perth bludewitis amerciamentis eſchætis et exitibus earundem curiarum Et cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus commoditatibus proficuis aſiamentis ac juſtis pertinen. quibuſcunque ſpectan. ſeu juſte ſpectare valen. ad dictum noſtrum burgum de Perth in futurum tam intra eundem quam extra tam ſubtus terra quam ſupra terram Et omnibus aliis et ſingulis privilegiis et immunitatibus ac libertatibus ejuſdem et aliis quibuſcunque poſſeſſis quocunque tempore præterito per

dictum

dictum noſtrum burgum de Perth aut incolas ejuſd. ac CUM PRIVILEGIA ET POTESTATE dict. præpoſito balivis conſulibus ac communitati dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus ædificandi habendi et tenendi infra dictum burgum noſtrum de Perth et libertatem ejuſd. plures molas tam ad ventum quam ad aquam et alios aquæductus aquarum clauſtra et clauſuras torralia uſtrina domos ædificia et alia eiſd. neceſſaria et congruentia pro communi et publica utilitate dicti noſtri burgi de Perth cum hebdomadali foro ſingulis hebdomadalibus bis in ſeptimana unum nempe forum ſingulis diebus Mercurii et alterum ſingulis diebus Saturni una cum quatuor publicis liberis nundinis quatuor in anno unas nundinas ad Dominicum Palmarum ſecundas medio æſtate incipientes a viceſimo quarto die menſis Junii tertias nundinas die Divi Joannis Baptiſtæ incipien. a viceſimo nono die menſis Auguſti et quartas nundinas die Sacri Divi Andreæ incipien. a penultimo die menſis Novembris cum pleno jure haben. et ſervan. dictas quatuor publicas liberas nundinas et curias earund. cum pertinen. pro toto ſpatio et dies ſolitos et conſuetos cum tolloneis cuſtumis devoriis vicecomitum feodis balivorum chirotecis aliiſque accidentibus et caſualitatibus dict. fororum et nundinarum curiarumque earund. ET SIMILITER nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. DAMUS et CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS prædicto burgo noſtro de Perth Præpoſito Balivis Conſulibus ac communitati ejuſd. et ſuis ſucceſſoribus imperpetuum amplam liberam et plenam juriſdictionem libertatem ac privilegium dictæ aquæ de Taia onerandi et exonerandi naves naviculas navigia cymbas et alia vaſa marina quæcunque majora vel minora in quacunque parte portu ſtatione littore ora ripa et margine dictæ aquæ pro ipſorum voluntate et arbitrio a Drumlay et infra Cum plena poteſtate ipſis impedien. et prohiben. alios quoſcunque ab omni oneratione et exoneratione quarumcunque navium navicularum navigiorum cymbarum et aliorum vaſorum marinorum quorumcunque majorum ſeu minorum in quavis parte dictæ aquæ de Tay et in quocunque latere ejuſd. ET cum plenaria poteſtate dict. Præpoſito Balivis Conſulibus Burgenſibus ac communitati dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus eorum deputatis collectoribus et ſervitoribus eorum nomine duntaxat et nullis aliis percipiendi levandi recipiendi et colligendi omnes parvas cuſtumas anchoragia et portuum pecunias tributa ac devorias et alias devorias quaſcunque infra dict. bondas dictæ aquæ de Taia adeo libere in omnibus reſpectibus ut burgus noſter de Edinburgh percipit et levat apud villam de Leyth et ut

liberius talia percipiuntur et levantur per aliquem alium liberum burgum regalem aut aliquem alium perſonam apud quemcunque portum maritimum infra regnum noſtrum EXIMEN. ſimpliciter et omnino omnes et ſingulas naves naviculas navigia cymbas et alia vaſa marina quæcunque majora et minora reſque omnes et bona quæcunque pertinen. vel quæ quocunque tempore futuro pertinebunt ad dictum noſtrum burgum de Perth Præpoſitos Balivos Conſules Cives Burgenſes communitatem et incolas ejuſd. ac ſuos ſucceſſores vel ad ipſorum aliquem vel ad quoſcunque peregrinos ſeu extraneos venientes infra dict. aquam de Tay infra Drumlay ab omni inde aut pro iiſdem ſolutione quacunque cauſa pertuaſione aut occaſione cujuſcunque taxationis tributi vectigalis cuſtumæ impoſitionis exactionis anchoragii portuum et cadorum ſeu doleorum pecuniis lie ſchoirſylver et tunſylver parvarum cuſtumarum aut aliarum divoriarum quarumcunque quibuſcunque cauſis factis aut occaſionibus præteritis præſentibus aut futuris Præpoſitis Balivis Conſulibus communitati et incolis dictæ villæ de Dundie et ſuis ſucceſſoribus vel eorum alicui ſuiſve portitoriis ſeu cuſtumariis collectoribus ſerjandis aut officiariis vel quibuſcunque aliis perſonæ aut perſonis quæ duntaxat ſolventur dicto noſtro burgo de Perth et communi cenſui ejuſd. percipienturque levabuntur colligentur et recipientur per dictos præpoſitos balivos conſules burgenſes ac communitatem dicti noſtri burgi de Perth et ſuos ſucceſſores ipſorum deputatos collectores et ſerjandos eorum nomine tantummodo et per nullos alios excepta magna cuſtuma eorund. nobis et ſucceſſoribus noſtris ſolvenda QUEMADMODUM etiam et ea ratione eoque reſpectu et quia dicta juriſdictio libertas et privilegium dictæ aquæ de Tay et jus ejuſd. infra ejuſd. bondas præſcript. pertinent et pertinet ſolum ad dict. burgum noſtrum de Perth ut præfertur Nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. pro nobis et ſucceſſoribus noſtris tenore præſentis cartæ noſtræ firmiter PRÆCIPIMUS et MANDAMUS dictis præpoſito balivis conſulibus communitati ac incolis dictæ villæ de Dundie et ſuis ſucceſſoribus ipſorum portitoribus ſeu cuſtumariis collectoribus ſerjandis et officiariis aliiſque nunciis et officiariis quibuſcunque ne ipſi aut Eorum aliquis aut quivis alius eorum nomine præſumat conetur aut in ſe ſuſcipiat quocunque tempore in futurum moleſtare vexare impedire prohibere tardare aut arreſtare quemvis civem burgenſem aut incolam dicti burgi noſtri de Perth præſentem aut futurum vel aliquam navem

naviculam

naviculam navigium cymbam aut aliud vas marinum quodcunque majus vel minus res vel bona quæcunque pertinen. ad ipſos vel ad aliquem ipſorum vel ad quemvis extraneum ſeu peregrinum venientem infra dict. aquam de Tay infra Drumlay vel capere petere exigere colligere levare vel recipere inde vel ea ratione vel pro ipſis eorumve aliqua parte quamcunque taxationem vectigale tributum cuſtumam impoſitionem exactionem anchoragium portuum pecunias doliorum pecunias parvarum cuſtumarum vel aliam devoriam quamcunque ob quamcunque cauſam factum aut occaſionem præſentem præteritam aut futuram vel alias quovis modo impedire prohibere directe aut indirecte in onerando ſeu exonerando he to lois and laid apud quemcunque portum ſtationem littus aut partem ubicunque voluerint infra dict. aquam de Tay et præſertim infra Drumlay ipſiſque et Ipſorum ſingulis INTERDICIMUS eiſdem omnique inde aut ea ratione devoria et exactione ſimpliciter nunc et in futurum PROHIBEMUS etiam et INHIBEMUS ſimpliciter ne extranei mercatores venientes cum navibus naviculis navigiis cymbis aut aliis vaſis marinis majoribus aut minoribus oneratis mercibus ſeu mercandiſis infra dictam aquam de Tay et præcipue infra Drumlay aut eorum aliquis præſumant aut præſumat aliquid vendere ſeu bulcam frangere dum et donec cum eiſd. venerint ad dict. pontem de Tay et quod nulla navis navicula navigium cymba aut aliud vas marinum veniens infra Drumlay cum mercibus aut mercimoniis exoneretur ſeu bulcam frangat donec venerint ad dict. pontem dicti noſtri burgi de Perth (niſi onerentur cum bonis manentium in dicta villa de Dundie vel tempore nundinarum de Dundie) ſed tantum de licentia conſulum et fratrum gildiæ dicti burgi noſtri de Perth Quibus ante omnia et præ aliis eædem merces et bona re ipſa et cum effectu offerentur vendenda tam vili et commodo prætio quo iis eorundem emptionem recuſantibus continget ead. aliis vendi omni dolo et fraude remotis ſub pœna amiſſionis et confiſcationis rerum ſic venditarum quorum eſchæta et confiſcatio pertinebit ad communem cenſum ſeu bonum publicum dicti noſtri burgi de Perth dabiturque et convertetur ad reparationem et ſuſtentationem dicti pontis de Tay ET SIMILITER cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. DAMUS et CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS dict. officium CORONATORIS ſeu CORONATORIÆ dicto noſtro burgo de Perth Præpoſitis Balivis Conſulibus ac Communitati ejuſd. ac ſuis ſucceſſoribus quod

ipſi

ipſi et dicti ſui ſucceſſores habeant imperpetuum omni tempore affuturo in eodem burgo libertate et juriſdictione ejuſd. in omnibus itineribus juſticiariis juſticiariiſque curiis et aliis temporibus quibuſcunque coronatores de ſuis comburgenſibus inhabitantibus dict. noſtrum burgum de Perth quos dicti præpoſiti balivi ac conſules ejuſd. et ſui ſucceſſores elegerint annuatim vel pro quanto tempore voluerint et duxerint elegendos PRÆCIPIEN. et MANDAN. noſtri noſtrorumque ſucceſſorum juſticiariis earumque deputatis coronatoribus et aliis officiariis et nunciis quibuſcunque infra regnum noſtrum præſentibus et futuris ne ipſorum quiſpiam præſumat in futurum negotium faceſſere moram aut impedimentum facere dicto noſtro burgo de Perth civibus ſeu burgenſibus aut incolis ejuſd. in functione uſu executione dicti officii coronatoris vel perceptione ſeu levatione commodorum proficuorum accidentium ſeu caſualitatum ejuſd. officii vel uſurpere dict. officium coronatoris contra dict. noſtrum burgum de Perth cives burgenſes et incolas ejuſd. vel eorum quemlibet in futurum in mandando citando iſtendo arreſtando vexando aut moleſtando eorum quemlibet quocunque modo PROHIBEN. et EXAUTERAN. ipſos omneſque nuncios regni inſignia gerentes et alios nuncios quoſcunque de eiſdem ſuaque functione munere aut officio in hac parte imperpetuum cum libera et plenaria facultate et poteſtate præfatis præpoſitis balivis conſulibus civibus burgenſibus ac communitati dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus omnibus temporibus futuris quando et quoties conventus juridici ſeu itinera juſticiaria curiæ juridicæ ſeu juſticiariæ tenebuntur et habebuntur infra dict. noſtrum burgum de Perth ſeu libertatem ejuſd. ut armati et armato præſidio ſervent et cuſtodiant prætorium et alia loca in quibus dict. juridicos conventus ſeu itinera juſticiariæ juridicas ſeu juſticiarias curias haberi contingent paſſagia ingreſſus oſtia fores et gradus eorund. abſque ullo impedimento aut negotio ipſis ea de cauſa faciendo quemadmodum et re ipſa ipſi et prædeceſſores ſui omni tempore præterito fuerunt in continuo uſu et pacifica poſſeſſione ejuſd. privilegii ſuntque ſine ulla interruptione ead. freti et gaviſi ET SIMILITER nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. DAMUS et CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS officium VICECOMITIS dicto noſtro burgo de Perth ac dictis Præpoſitis Balivis Conſulibus ac Communitati ejuſd. et ſuis ſucceſſoribus et quod ipſi dictique ſui ſucceſſores habeant unum VICECOMI-

TEM

TEM de ſuis comburgenſibus inhabitantibus dict. noſtrum burgum de Perth quem dicti præpoſiti balivi conſules et ſui ſucceſſores ad ſuæ liberæ voluntatis arbitrium ſingulis annis ac pro quanto tempore ſibi placuerit voluerint et duxerint eligendum Qui vicecomes et ſucceſſores ſui vicecomites dicti noſtri burgi de Perth pro tempore habebunt per hanc noſtram cartam noſtram ſucceſſorumque noſtrorum plenam et liberam poteſtatem et auctoritatem adminiſtrandi regendi et gubernandi plenum et integrum officium vicecomitis infra dict. noſtrum burgum de Perth et infra totam dict. aquam de Taia ex utroque latere et parte ejuſd. a Drumlay et infra et in omnibus terris aquis et aliis locis ad dict. noſtrum burgum de Perth libertatem ſeu juriſdictionem ejuſd. quocunque modo pertinen. et ſervandi defendendi dicta fora ac publicas liberas nundinas et eorum curias tranſgreſſores juſte corrigendi et debite puniendi eſchætas amerciamenta commoditates exitus fines et proficua inde provenientia levandi et ſervandi Quos exitus fines commoditates accidentia et caſualitates dicti officii coronatoris et quas eſchætas amerciamenta fines caſualitates commoditates et exitus veniend de dicto officio vicecomitis cum omnibus exitibus curiarum dict. vicecomitis infra dict. noſtrum burgum de Perth et aquam de Taia terras aquas et alia loca ad dict. noſtrum burgum de Perth quocunque modo pertinen. et infra territorium libertatem et juriſdictionem dicti noſtri burgi de Perth et quæcunque amerciamenta eſchætas fines et exitus juſticiæ et juſticiariæ itinerum ac curiarum infra dict. noſtrum burgum de Perth terras territorium et juriſdictionem ejuſd. toties contingent una cum eſchætis mulctis et amerciamentis quarumcunque perſonarum civium burgenſium vel inhabitantium infra dict. burgum noſtrum de Perth quos continget condemnari aut convinci pro quocunque crimine facto injuria offenſa vel occaſione quocunque tempore futuro coram præfecto ac quæſitore primario rerum capitalium ſeu juſticiario generali vel ſuis deputatis vel quibuſcunque aliis judicibus aut judice infra regnum noſtrum vel pro eiſdem aut eorum metu fugam capeſcere aut fugitivos eſſe continget quoſve ſibi ipſis mortem conſciſcere ſeu manus inferre confoſſione laqueo ſeu ſuſpendeo dimerſione veneno vibratione collubrinarum ſuffocatione vel alio quocunque modo ſibi ipſis vitam adimere vel præbere occaſionem aut cauſam ſuæ propriæ mortis quocunque medio ſeu modo Nos pro nobis et ſucceſſoribus noſtris DAMUS CONCEDIMUS et DISPONIMUS præfatis Præpoſito Balivis Conſulibus ac Communitati dicti noſti burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus imperpetuum ad auxilium reparationem

tionem et ſuſtentationem dicti pontis de Taia dictique burgi noſtri de Perth et aliorum publicorum operum ejuſd. imperpetuum Cum poteſtate dicto vicecomiti infra dict. noſtrum burgum de Perth pro tempore ſubſtituendi ſub ſe deputatos unum vel plures pro quibus reſpondere tenebitur Qui vicecomes et ſui deputati tenebuntur annuatim reddere rationes et computa ſua coram auditoribus ſcaccarii pro tempore ſecundum uſum et conſuetudinem MANDAN. et PRÆCIPIEN. tenore præſentium quæſitoribus primariis rerum capitalium ſeu juſticiariis generalibus et eorum deputatis quibuſcunque dictiſque coronatoribus et vicecomitibus et ipſorum deputatis pro tempore aliiſque judicibus quibuſcunque præſentibus et futuris infra regnum noſtrum ab omnibus aliis et ſingulis noſtris noſtrorumque officiariis et ſucceſſorum noſtrorum miniſtris aliiſque quorum intereſt vel intereſſe poterit Quatenus dictos præpoſitos balivos conſules ac communitatem dicti noſtri burgi de Perth et ſuos ſucceſſores ad præmiſſa in omnibus expedienda exercenda exequenda levanda importanda et defendenda protegant defendant fortificent et manu teneant eiſdemque auxilium conſilium et laborem præſtent prompteque reſpondeant pareant et intendant faciantque ut ipſis prompti pareatur reſpondeatur et ſatisfiat de omnibus proficuis commoditatibus et caſualitatibus dict. officiorum coronatoris et vicecomitis de dictis finibus exitibus eſchætis mulctis et amerciamentis dict. juſticiarii itinerum et curiarum tenen. in quacunque parte regni noſtri ſuper dict. civibus et incolis dicti noſtri burgi de Perth ſeu ipſorum quocunque crimine facto injuria vel offenſa ut præfertur præcipien. ſimiliter omnibus et ſingulis quorum intereſt aut intereſſe poterit ſub omni pœna quæ inde ſequi poterit quatenus prompte reſpondeant pareant et intendant dict. coronatoribus et vicecomitibus dicti burgi noſtri de Perth et ſuis deputatis pro tempore in omnibus et ſingulis dicta officia coronatoris et vicecomitis concernen. vel ad ead. ſpectan. ſeu ſpectare valen. ET SIMILITER nos pro nobis et ſucceſſoribus noſtris cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. DAMUS et CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS GILDAM officium et functionem ejuſdem dicto noſtro burgo de Perth civibus ac burgenſibus ejuſd. et ſuis ſucceſſoribus (exceptis fullonibus et telariis) Et ut habeant ſuam gildam mercatoriam decanum gildæ gildæque conſilium et ut elegant annuatim ſuum decanum gildæ et ejus conſilium cum omnibus commoditatibus ad ead. ſpectan. PROHIBEN. et INHIBEN. etiam quod nullus mercator vel alius quicunque

quicunque extra libertatem dicti noſtri burgi de Perth infra vicecomitatum noſtrum de Perth per terram mare vel aquam emat vel vendat aliquam annonam victualia mercimonia mercandiſas vel alias merces quaſcunque ſed ut eam deferant ad dict. noſtrum burgum de Perth et ibi ead. vendant ibique denarios et pecunias ſuas implicent emptioneque venditione ſeu permutatione utantur Et quod nulla taberna habeatur in aliqua villa in dicto noſtro vicecomitatu de Perth niſi ubi miles ſit dominus villæ et in ea manens et ibi non habeatur niſi una ſola taberna Et quod nemo extra dict. noſtrum burgum de Perth in dicto noſtro vicecomitatu de Perth manens faciat ſeu facere præſumat vel facere faciat pannum tinctum mixtum vel tonſum præter cives et burgenſes dicti noſtri burgi de Perth in gilda mercatoria ejuſd. et qui communicant cum ipſis in omnibus auxiliis et oneribus ferendis PRÆCIPIEN. et INHIBEN. etiam dictis vicecomitibus dicti noſtri burgi de Perth et ſuis deputatis præſentibus et futuris quatenus capeant omnem talem pannum ubicunque apprehendi poſſit et inde faciant et ſuper eo diſponant pro arbitrio et voluntate MANDAN. et PRÆCIPIEN. etiam quod nemo infra dict. noſtrum vicecomitatum de Perth emat vel vendat ligna materiam corticem pelles coria linum lanam mercimonia ſal vinum ceram vel alias merces aut bona ſtabilia lie ſtapill gudis ſarſinas aut onera conſtringat decorticet corticibus vel calce pellis aut coria tondeat vel maceret lie to pack or peill bark or lyme ſkynnis or hydis niſi infra dictum noſtrum burgum de Perth et libertatem ejuſd. ſed ut ead. bona deferant ad dict. noſtrum burgum de Perth eademque exhibeant et producant publice vendenda in aperto et publico foro ejuſd. PROHIBEN. ne quis extraneus mercator qui non fuerit cives et liber burgenſis dict. noſtri burgi de Perth ſecet pannum ſuum ad vendendum in dicto noſtro burgo de Perth niſi a die Aſcenſionis Domini uſque ad vincula Sancti Petri infra quos terminos volumus ut ipſi ſecent pannum ſuum ad vendendum in dictis æſtivis publicis nundinis dicti noſtri burgi de Perth Incipien. a dicto viceſimo quarto die menſis Junii et ibi vendant et emant pannum et alias mercaturas ſuas communiter cum noſtris civibus et burgenſibus ſicuti noſtri burgenſes regii ſalvis nobis et ſucceſſoribus noſtris rectitudinibus noſtris MANDAN. et PRÆCIPIEN. etiam ut omnes manentes in dicto noſtro burgo de Perth præſentes et futuri qui quorumve familiæ inſtruentur ſupplebuntur vel ſuppeditabuntur ex foris et marcellis vel per fora et marcella dict. noſtri

burgi

burgi de Perth vel quos continget vendere aut emere annonam victualia aliamenta aut alias merces quaſcunque infra dictum noſtrum burgum de Perth vel in marcellis vel foris ejuſd. quod communicent auxiliaque et onera ferant cum omnibus burgenſibus dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus in lie watching warding ſkotting lotting ſtenting taxationum impoſitionum et contributionum ſolutione et alias ET SIMILITER nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. tenore præſentis cartæ noſtræ DAMUS CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS dictis Præpoſitis Balivis Conſulibus Decanis gildæ dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus pro tempore noſtram ſucceſſorumque noſtrorum liberam et plenam poteſtatem auctoritatem et licentiam faciendi et ordinandi cum conſenſu et aſſenſu fratrum gildæ dicti noſtri burgi de Perth poſt maturas deliberationes communicato ſicut decet ejuſd. burgi frequenti ſenatu ſeu totali conſilio ſtatuta ordinationes et conſtitutiones de et ſuper dict. eund. burgum noſtrum de Perth inhabitantibus ſeu in futurum inhabitaturis cujuſcunque ſtatus aut conditionis fuerint et ut queant et valeant uti et exequi eadem ſtatuta conſtitutiones et ordinationes libere et quiete per ſe ſine conditione coertione aut conſilio alicujus alterius judicis aut judicum eccleſiaſticorum aut ſecularium contra ſuos concives et vicinos et alios dict. burgum de Perth inhabitantes ſeu inhabitaturos infringentes contravenientes et tranſgredientes dicta ſtatuta ordinationes et conſtitutiones citandi conveniendi proſequendi mulctandi amerciandi et puniendi tam in balivorum et gildæ curiis quam aliis curiis quibuſcunque dicti noſtri burgi de Perth levandique ipſorum pœnas mulctas et amerciamenta ead. applicandi et convertendi ad adjumentum emendationem reparationem et ſuſtentationem dicti noſtri burgi de Perth dictique pontis et aliorum communium et publicorum operum ejuſd. QUÆ STATUTA ordinationes conſtitutiones et conſuetudines fact. et ordinat. facien. et ordinan. per dictos præpoſitos balivos conſules et decanum gildæ dicti noſtri burgi de Perth et dictos ſuos ſucceſſores præſentes et futuros ut præfertur ad commodum et utilitatem dicti noſtri burgi de Perth dictique pontis Taii ejuſd. ut præfertur NOS cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. RATIFICAMUS APPROBAMUS ac tenore præſentis cartæ noſtræ pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS in omnibus et ſingulis ſuis punctis conditionibus clauſulis et articulis VOLUMUSQUE AC pro nobis et ſucceſſoribus noſtris DECLARAMUS

et

et DECERNIMUS quod. ead. pro legibus legumque loco ſtent habeantque legum vim robur et auctoritatem omni tempore futuro imperpetuum ET SIMILITER cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. pro nobis et ſucceſſoribus noſtris tenore præſentis cartæ noſtræ DAMUS CONCEDIMUS et imperpetuum CONFIRMAMUS communitati civibus burgenſibus et fratribus gildæ dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus imperpetuum liberam et plenam poteſtatem auctoritatem licentiam ſpecialem quod ubicunque quandocunque et quotieſcunque ipſorum aliqui vel aliquis invenerint aut invenerit aliquos foriſtellatores infra dict. burgum noſtrum de Perth vel libertatem ejuſd. vel infra dict. noſtrum vicecomitatum de Perth bondas libertatem vel juriſdictionem ejuſd. Quod ipſi vel ipſorum aliqui vel aliquis poſſint et poſſit capere et arreſtare hujuſmodi foriſtellatores et bona quæcunque per ipſos foriſtellata eademque confiſcare eſchætare et aſportare libere abſque licentia ſeu auctoritate cujuſcunque judicis aut judicum vel alicujus noſtri aut ſucceſſorum noſtrorum miniſtrorum aut officiariorum vel aliorum quorumcunque Et quia bona ſic foriſtellata et recepta contra leges et conſuetudinem patriæ noſtræ inhibitioneſque regias et edicta confiſcari debent et ut eſchæta ad nos et ſucceſſores noſtros noſtro jure regio pertinere ſicut et bona foriſtellata et amerciamenta foriſtellatorum dicti noſtri burgi de Perth debent jure noſtro et conſuetudine confiſcari et ut eſchæta ad nos et ſucceſſores noſtros pertinere NOS igitur cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. DEDIMUS et CONCESSIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAVIMUS prout tenore præſentis cartæ noſtræ DAMUS et CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS præfatis civibus burgenſibus communitati ac fratribus gildæ dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus in puram et perpetuam elemoſinam imperpetuum ad reparationem et ſuſtentationem dicti pontis dicti noſtri burgi de Perth imperpetuum Non ſolum dictas confiſcationes eſchætas mulctas et amerciamenta ac quæcunque bona confiſcata eſchætata et capta vel quæ quocunque tempore futuro confiſcabuntur eſchætabuntur et capientur per dictos communitatem burgenſes fratres gildæ balivos et vicecomites dicti noſtri burgi de Perth vel ipſorum aliquem cum amerciamentis mulctis et eſchætis omnium foriſtellatorum captorum et arreſtatorum vel qui capientur aut arreſtabuntur dictos communitatem vicecomites cives burgenſes ac fratres gildæ dicti noſtri burgi de Perth et ſuos ſucceſſores vel ipſorum aliquem

quotieſcunque quandocunque et ubicunque hujuſmodi foriſtellatores damnabuntur aut comvincentur coram quibuſcunque judicibus aut judice eccleſiaſticis et ſecularibus capitalibus criminalibus vel civilibus infra dict. vicecomitatum de Perth ſeu extra eund. vic. in quacunque parte regni noſtri Sed etiam omnes fines amerciamenta et eſchætas contingen. ſeu contingere valen. quomodolibet in futurum virtute hujus noſtræ præſentis cartæ et infeofamenti vel alicujus capitis articuli ſeu clauſulæ ejuſd. de quibuſcunque tranſgreſſionibus et attemptatis contra tenorem ejuſd. aut aliarum cartarum præmiſſarum aut alicujus præmiſſorum vel propter violationem tranſgreſſionem aut contraventionem dict. ſtatutorum ordinationum conſtitutionum et conſuetudinum vel alicujus ipſorum mandan. et præcipien. omnibus et ſingulis noſtris noſtrorumque ſucceſſorum liegiis ſubditis camerariis rerum capitalium quæſitoribus ſeu juſticiariis præfectis juridicis ſeu vicecomitibus ſeneſcallis et eorum deputatis coronatoribus et aliis judicibus magiſtratibus et officiariis quibuſcunque præſentibus et futuris quod ipſi et ipſorum quilibet quoties ad id requiſiti fuerint adjuvent auxilientur fortificent protegant manu teneant et defendant dictos Præpoſitos Balivos Vicecomites vicecomitum deputatos gildas gildæ Decanos inhabitantes ac communitatem dicti noſtri burgi de Perth et ſuos ſucceſſores pro tempore in omnibus et per omnia et ad expedienda exercenda exequenda levanda importanda et defendenda præmiſſa eiſdemque auxilium conſilium et laborem præſtent prompte reſpondeant pareant intendant penes præmiſſa expeditionem et executionem eorundem omnium dictarum donationum libertatum privilegiorum aliorumque in hac præſenti carta noſtra mentionat. CUMQUE Pons Iernius lie Brig of Erne qui libertate et charitate eccleſiaſticorum et beneficiatorum fuit pro tempore conſtructus et ſuſtentatus uſque ad tempus veræ Reformationis religionis in regno noſtro nunc cum calceis plateis et viis eidem ab utroque fine adjacentibus magna vi fluminis et inundationis aquarum tendat in ruinam fitque ruinoſus et magna pars lapidum et columnarum ejuſd. ſoluta concuſſa et quaſſata magnaque pars fornicum operiſque concamerati in omnibus partibus ejuſd. pontis jam deficere ſubſidere et cadere fitque jam idem pons in eo ſtatu et conditione ut idem ſi in tempore et tempeſtive non reficiatur et reparetur prorſus et omnino cadat deficiat et periturus ſit in grave damnum et detrimentum totius reipublicæ nec leve impedimentum et incommodum nobis et ſucceſſoribus noſtris in omni ſubditorum obſequio ſervitio et offi-

ciis

ciis belli præſertim tempore cum idem pons ſecundum et proxime dict. pontem Perthenſem dicti fluminis et amnis Taii ſit unica parata via ſeu paſſagium omnibus ſubditis noſtris ad boreales partes et plagas regni noſtri et ab eiſd. tam montanis quam inferioribus ſibi ſubjectis Et quod propterea idem pons Iernius habeatur et habendus ſit neceſſaria pars appendix et pendicula dicti burgi noſtri de Perth dictique pontis Taii ejuſd. et quod ea ratione inhabitantes dict. noſtri burgi de Perth pro tempore debeant eſſe voluntque eſſe maxime anxii et ſoliciti ad reficiendum reparandum et ſuſtentandum eund. pontem Iernium vias plateas et calcias ejuſd. cumque idem minime queat reparari aut refici in quacunque modica ſeu mediocri conditione aut ſtatu ſtatui ſine magnis ſumptibus et pecuniarum ſummis et perpetuis ad eum effectum annuis vectigalibus et tributis ſubſequentibus NOS igitur cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. DEDIMUS CONCESSIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAVIMUS prout tenore præſentis cartæ noſtræ DAMUS CONCEDIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS dicto noſtro burgo de Perth Præpoſitis Balivis Conſulibus civibus burgenſibus ac communitati ejuſd. et ſuis ſucceſſoribus imperpetuum tanquam neceſſariam partem appendicem et pendiculam dicti noſtri burgi de Perth dictique pontis Taii ejuſd. dictum pontem Iernium vias plateas et calcias ejuſd. cum pertinen. omneſque commoditates eorund. omniaque ad ead. reparationem et ſuſtentationem eorund. pertinen. ET SIMILITER pro meliori et commodiori refectione reparatione et ſuſtentatione earund. perpetua vectigalia tributa et devoria ſubſequen. viz. duos denarios ſolven. pro unoquoque equite ſingulis temporibus ſui tranſitus ſeu paſſagii per dictum pontem Iernium Unum denarium ſolven. per ſingulos pedites ſingulis temporibus ſui tranſitus et paſſagii per eundem pontem Iernium Duos denarios pro ſingulis jumentorum oneribus ſeu ſarcinis annonæ ſeu victualium Unum denarium pro unoquoque jumenti onere ſalis piſcium pultrearum aut id genus aliorum Unum denarium pro unoquoque equo aut jumento Unum denarium pro unoquoque bove aut vacca et id genus aliquo Unum denarium pro ſingulis quatuor ovibus Quatuor denarios pro unoquoque jumenti onere quarumcunque mercium Pro una quaque ſarſina unum denarium Et pro omnibus aliis rebus paria et ſimilia tributa ac vectigalia conſueta quocunque tempore præterito ſolvi apud dict. pontem Iernium MANDAN. et PRÆCIPIEN. omnibus et ſingulis noſtris ſucceſſorumque noſtrorum liegiis ſubditis et ſubjectis quod ipſi et ipſorum quilibet

bet per dict. pontem Iernium tranſeuntes reſpondeant pareant et ſolvant toties quoties dictis Præpoſitis Balivis Conſulibus ac Communitati dicti burgi noſtri de Perth et ſuis ſucceſſoribus eorum collectoribus delegatis et deputatis dicta tributa et vectigalia et devorias deſignat et deſtinat ad refectionem reparationem et ſuſtentationem dicti pontis Iernii viarum platearum calciarum et portarum ejuſd. Et quod nemo præſumat aut in ſe ſuſcipiat ead. impedire aut ipſis moram facere negotiumve faceſcere directe aut indirecte ET SIMILITER nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. pro nobis et ſucceſſoribus noſtris tenore præſentis cartæ noſtræ EXIMIMUS et LIBERAMUS imperpetuum dictos Præpoſitos Balivos Vicecomites conſules burgenſes communitatem ac inhabitantes dict. noſtrum burgum de Perth libertatemque ejuſd. et ſuos ſucceſſores ab omni inquiſitione et aſſiſa omnique coexactione et adactione ut ſint ſuper aliqua inquiſitione vel aſſiſa minimeque ad eum effectum citandos requirendos aut cogendos ubi crimen vel crimina non fuerint perpetrata aut commiſſa infra dict. burgum noſtrum de Perth aut infra unum miliare eid. proxime adjacen. ET SIMILITER EXIMIMUS ipſos ab omni profectione extra burgum noſtrum de Perth et libertatem ejuſd. ad quoſcunque vel quibuſcunque ſerviendo aſſiſtendo vel participando aut ne ſint participes cum ipſis vel ipſorum aliquo in utenda expedienda vel exequenda quacunque delegatione aut commiſſione impetrata ſeu impetranda directa ſeu dirigenda quocunque modo in futurum et ab omnibus expeditionibus exercitibus conventibus et profectionibus bellicis et aliis ubi nos et noſtri ſucceſſores non fuerimus ipſi præſentes in noſtris propriis perſonis et omnes populares ac ſubditi noſtri ſive corpus regni noſtri tam ad burgum quam extra in univerſum ad eum effectum citat. præmonit. et requiſit. per publicas proclamationes et edicta pro occaſione et re nata ET generaliter omnia et ſingula alia exercendi frequentandi faciendi et utendi ſimiliter et adeo libere in omnibus reſpectibus cum omnibus privilegiis libertatibus et immunitatibus quibuſcunque ſicuti dictus noſter burgus de Perth antea aut quivis alius noſter liber burgus regius infra regnum noſtrum utitur aut uſus eſt quocunque tempore præterito SALVA nihilominus nobis et ſucceſſoribus noſtris dicta magna cuſtuma dicti noſtri burgi de Perth TENEN. et HABEN. totum et integrum dict. noſtrum burgum de Perth mœnia portas foſſas vias ſtrata plateas calcias paſſagia fora nundinas aquas ſtagna pontes inſulas territorium molendina terras molendinarias multuras aſtric-

tas

tas et alia ſervitia ſequelas aquæductus aquarum clauſtra et clauſuras communem moram antedict. terras tenementa annuos reditus turres piſcationes et piſcarios annuos cenſus firmas burgales portus ſtationes pynorie viarum et platearum purgationes fora lignaria aquam de Taia et libertatem ejuſd. a Drumlay et infra dictam gildam dictaque officia coronatoris et vicecomitis ac alia præmiſſa et omnia et ſingula privilegia et immunitates poſſeſſiones et libertates dicti noſtri burgi de Perth vel quæ per dictum noſtrum burgum de Perth et inhabitantes ejuſdem vel ſuos predeceſſores jam vel quocunque tempore præterito poſſidentur aut poſſidebantur confiſcationes eſchætas fines amerciamenta parvas cuſtumas anchoragia portuum pecunias exitus commoditates caſualitates et alia quæcunque cum moris mareſiis pratis paſcuis paſturis burgalibus curiis gildæ curiis vicecomitum curiis fororum et nundinarum curiis et aliis curiis dicti noſtri burgi de Perth quibuſcunque ac cum carbonibus et carbonariis ac cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus comditatibus ac juſtis pertinen. quibuſcunque ſpectan. ſeu juſte ſpectare valen. quomodolibet ad dict. noſtrum burgum de Perth vel ad præmiſſa vel præmiſſorum quodvis in futurum tam extra quam infra dict. noſtrum burgum de Perth tam ſub terra quam ſupra terram procul et prope DICTIS Præpoſitis Balivis Conſulibus fratribus Gildæ civibus burgenſibus ac communitati dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus hæreditarie de nobis et ſucceſſoribus noſtris in libero burgagio et feudifirma imperpetuum per omnes rectas metas ſuas antiquas et diviſas prout jacent in longitudine et latitudine in domibus ædificiis boſcis planis moris mareſiis viis ſemitis aquis ſtagnis rivulis pratis paſcuis et paſturis ſilvis molendinis piſcationibus piſcariis carbonibus carbonariis cum curiis placitis hærezeldis bludewitis merchetis mulctis amerciamentis et eſchætis dict. curiarum decollatione furca et foſſa outfangthief et infangthief communi paſtura liberoque introitu et exitu ac cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus commoditatibus proficuis aſiamentis ac juſtis ſuis pertinen. quibuſcunque tam non nominatis quam nominatis tam ſubtus terra quam ſupra terram procul et prope ad prædict. burgum aliaque particulariter et generaliter reſpective præſcript. cum ſuis pertinen. ſpectan. ſeu juſte ſpectare valen. quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace abſque ulla revocatione contradictione impedimenta aut obſtacula quocunque REDDENDO

inde annuatim præfati præpoſiti balivi conſules cives burgenſes ac communitas dicti noſtri burgi de Perth et ſui ſucceſſores nobis et ſucceſſoribus noſtris dictam ſummam octoginta librarum monetæ Sterlingorum ad feſtum Penthecoſtes et Sancti Martini in hieme per æquales portiones tantum pro omni alio ſervitio conſuetudine ſeu demanda SALVA nihilhominus et RESERVATA dicta magna cuſtuma dicti noſtri burgi de Perth nobis et ſucceſſoribus noſtris ut præfertur DE QUIBUS firmis burgalibus dictæ ſummæ octoginta librarum monetæ Sterlingorum nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. nunc ut ante et prius DEDIMUS CONCESSIMUS et DISPOSUIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAVIMUS prout tenore præſentis cartæ noſtræ DAMUS CONCEDIMUS et DISPONIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS præfatis hoſpitali et pauperibus dicti noſtri burgi de Perth in puram et perpetuam elemoſinam imperpetuum dictam ſummam ſexaginta novem librarum octo ſolidorum et octo denariorum monetæ Sterlingorum prius datam conceſſam et diſpoſitam et ante omne actum annexationis ut ſupra per dictos noſtros illuſtres predeceſſores per partes et portiones in puram et perpetuam elemoſinam dictis abbatibus prioribus et conventibus Sancti Andreæ Sconæ Cumbuſkynneth Vallis Virtutis et fratribus prædictis ut præfertur ET SIMILITER DAMUS CONCEDIMUS et DISPONIMUS ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris imperpetuum CONFIRMAMUS præfatis Præpoſitis ac Communitati dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus ad ſuſtentationem dicti pontis de Taia in puram et perpetuam elemoſinam imperpetuum dictum reſiduum in moneta Sterlingorum de eiſd. dictis firmis burgalibus dictæ ſummæ octoginta librarum monetæ Sterlingorum Quod reſiduum fuit prius diſpoſitum et conceſſum multo ante quodvis actum annexationis ut præfertur per illuſtres noſtros prædeceſſores dictis Aldermanno et Communitati dicti burgi noſtri de Perth et ſuis ſucceſſoribus in moneta Sterlingorum ad ſuſtentationem dicti pontis de Taia in puram et perpetuam elemoſinam imperpetuum ET ideo nos etiam VOLUMUS et CONCEDIMUS ac pro nobis et ſuceſſoribus noſtris ORDINAMUS PRÆCIPIMUS et MANDAMUS auditoribus ſcaccarii præſentibus et futuris quod recipiant et admittant annuatim omni tempore futuro annuas rationes et computas reddenda per balivos dicti noſtri burgi de Perth præſentes et futuros alioſque ſuo nomine de dictis firmis

mis burgalibus dicti noſtri burgi de Perth extenden. ad dict. ſummam octoginta librarum monetæ Sterlingorum ut præfertur et ut exonerent et liberent ipſis de iiſd. ſubſcribantque ſuis rationibus et computis ac æque penes ead. et ut referant eaſd. rationes et computa exonerationem et liberationem earund. in codicillos ſeu rotulos dicti ſcaccarii per allocationem et approbationem ipſis tanquam ſolut. per ipſos dictis hoſpitali et pauperibus dictæ ſummæ ſexaginta novem librarum octo ſolidorum et octo denariorum monetæ Sterlingorum de dictis firmis burgalibus diſpoſitæ et ſolut. prius per partes et portiones dict. abbatibus prioribus et conventibus Sancti Andreæ Sconæ Cambuſkynneth Vallis Virtutis et fratribus prædict. reſpective ut præfertur ET SIMILITER per allocationem et approbationem dictis balivis dicti noſtri burgi de Perth et ſuis ſucceſſoribus dicti reſidui dictarum firmarum burgalium tanquam ſoluti per ipſos ad ſuſtentationem dicti pontis de Tata ut præfertur et ut reddant ſuas rationes et computa admiſſa approbata et ſubſcripta ſuumque æque de eiſdem ut prius hiſce jam diverſis annis ultimo præteritis PRÆTEREA nos cum aviſamento conſilio et conſenſu antedict. pro nobis et ſucceſſoribus noſtris tenore præſentis cartæ noſtræ CREAMUS INCORPORAMUS et UNIMUS in unum liberum burgum regium regalem ac in unam libertatem et liberum tenementum dictum noſtrum burgum de Perth terras aquas molendina piſcationes piſcarias inſulas pontes moras officia libertates privilegia et alia prædicta VOLUMUSQUE et CONCEDIMUS quod unica ſaſina capienda apud Prætorium dicti noſtri burgi de Perth ſtabit et ſufficiens erit pro dicto noſtro burgo et omnibus præmiſſis non obſtante diſcontiguitate eorundem Et quod eadem jacent in diverſis partibus et locis penes quod nos pro nobis et ſucceſſoribus noſtris DISPENSAVIMUS et per præſentis cartæ noſtræ tenorem DISPENSAMUS imperpetuum MANDAN. et PRÆCIPIEN. ſimiliter Dominis noſtri Concilii et Seſſionis ut dent concedent et dirigant edicta ſua literaſque publicationis ſuper hiſce et præmiſſis in debita et competenti forma ET SIMILITER literas rebellionis lie horning ſuper ſimplici requiſitione decem dierum tantummodo contra rebelles refractarios et recuſantes obſervare et perimplere præmiſſa IN CUJUS REI TESTIMONIUM huic præſenti cartæ noſtræ magnum ſigillum noſtrum apponi præcipimus TESTIBUS prædilectis noſtris conſanguineis et conciliariis Joanne Marchione de Hamiltoun Comite Araniæ Domino Evan &c. Joanne Comite de Montrois Domino Grahame

Grahame &c. cancellario noſtro Georgio Mariſcalli Comite Domino Keith &c. regni noſtri Mariſcallo dilectis noſtris familiaribus conciliariis Dominis Jacobo Elphingſtoun de Barntoun noſtro ſecretario Ricardo Cockburn juniore de Clerkingtoun noſtri ſecreti ſigilli cuſtode Militibus Magiſtro Joanne Skene noſtrorum rotulorum regiſtri ac conſilii clerico Domino Joanne Cockburne de Ormiſtoun Milite noſtræ juſticiariæ clerico et Magiſtro Willielmo Scott de Grangemure noſtræ cancellariæ directore APUD HALYRUDEHOUS decimo quinto die menſis Novembris anno Domini milleſimo ſexcenteſimo regnique noſtri anno triceſimo quarto

And on the back whereof is wrote as follows:

Apud Edynburgh decimo quarto Julii anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſecundo Product. et oſtenſ. coram Dominis auditoribus ſcaccarii et per eoſdem admiſſ.

R. INNES.

Apud Edynburgh ſeptimo die menſis Julii anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto Product. coram Dominis ſcaccarii ac per eoſdem viſ. admiſſ.

T. HAY, Cl. Reg.

At Edinburgh, the 17th March 1656, produced be Mr John Paterſone Deine of Gild of Perth; and is minuted and recorded in the books of Exchequer, conform to the act and proclamation made thereanent, by me

W. PURVES, Cl.

TRANSLATION of the foregoing CHARTER.

JAMES, by the grace of God, King of SCOTS, TO ALL honeſt men, clergy and laity, of his whole realm, greeting: KNOW ye, that WE, now long after our lawful and perfect age of twenty-five years, and all and ſundry our revocations, as well ſpecial as general, and after all and ſundry our acts of diſſolution, as well after the act of general diſſolution of our property, made in our Parliament and public conventions of the eſtates of our kingdom, holden at Edinburgh in the month of June, in the year of our Lord fifteen hundred fourſcore fourteen years, as after the other preceding acts of diſſolution made before: HAVING conſideration of the ancient erection of our city or burgh of PERTH, by our renouned predeceſſors the Kings of Scots, of moſt worthy memory, into a free city and a regal and royal burgh, and of the great antiquity thereof, and the very ancient and convenient and pleaſant ſituation thereof, in the very middle of our native country, and in the middle of our kingdom, conjoining the one half thereof with the other, in obedience, and ſubjection, and loyalty to the Kings thereof, and their government: AND ALSO CONSIDERING our ſaid royal burgh of Perth to be moſt capable, apt, and commodious, both in time of peace and war, for receiving public aſſemblies, and the public and greater conventions of our ſtates, ſubjects, and people; and in which our illuſtrious predeceſſors, nobles, famous counſellors, and other our people, and alſo, the judicatories and judicial conventions of our people for determining buſineſs, have from remote memory often convened, and where in time of civil and foreign war, it is expedient to conveen: in which our ſaid royal burgh alſo, our illuſtrious predeceſſors, with their Queens, children, and families, have dwelt, and have uſed our ſaid royal burgh for ane certain habitation and dwelling, and for the ſeat of war on all occaſions; and in which our ſaid royal burgh, the parliaments and public conventions of the States of our kingdom were more anciently held; AND ALSO, ſeeing our ſaid royal burgh of Perth is and has been moſt profitable and neceſſary in all reſpects to our kingdom and government: LIKEAS, the procura- The priority of the Burgh of *Perth* before *Dundee*.
tors and commiſſioners of the remanent burghs of our kingdom, on a ſpecial reference (for the purpoſe of taking cognition) from us and the States of our kingdom, by act of our parliament and

public convention of our ſaid States, all in one voice, without variance or diſcrepancy, concluded, adjudged, and ordained, That our ſaid royal burgh of Perth, and the procurators and commiſſioners thereof, ſhall be preferred in order of antiquity and dignity, before our town of Dundee; and that the inhabitants, procurators, and commiſſioners of the ſame, be accounted foremoſt in place and dignity; and that in all our and our ſucceſſors parliaments, public conventions of the eſtates of the kingdom, and conventions of boroughs and councils, our ſaid royal burgh of Perth ſhall have and enjoy perpetually the precedency, prerogative, firſt place and order, and in giving votes and ſuffrages, ſhall be preferred before our ſaid town of Dundee, and the inhabitants, procurators, and commiſſioners thereof; and that in the ſame, the ſaid town of Dundee, the inhabitants, procurators, and commiſſioners thereof, ſhall altogether and wholly give place to our ſaid royal burgh of Perth, inhabitants, procurators, and commiſſioners thereof, in order of antiquity, priority of place and dignity; and for that effect, that they altogether ceaſe and deſiſt from contending with our ſaid royal burgh of Perth, inhabitants, procurators, and commiſſioners thereof, and from doing unto them any whatſoever trouble, ſkaith, or wrong, or from hindering or troubling them in their lawful buſineſs: AND BECAUSE the bridge of our ſaid royal burgh of Perth, which is called the Bridge of Tay, is a moſt precious jewel of our kingdom, and a work the moſt profitable and primarily neceſſary to our whole kingdom and dominion, and for the ſuppreſſion of rebels and ſuch as are vitiouſly affected moſt commodious, and alſo keeping the one half of the kingdom in faith, obedience, and duty of office, with the other half thereof, towards us and the kings of our kingdom and dominion: AND THEREFORE, and in reſpect of the manifold, ſingular, and excellent good offices done by the inhabitants and burgeſſes of our ſaid royal burgh of Perth, often and ſeveral times towards our renowned predeceſſors in matters concerning the public weil of our kingdom, performed in dangerous and difficult affairs, our illuſtrious predeceſſors have not only beautified and abundantly heaped on our ſaid burgh of Perth the greateſt benefits and meritorious gifts, liberties, privileges, and immunities, ſo that almoſt all the donations, benefices, liberties, and privileges conferred on other royal burghs of our kingdom, in a great meaſure bear reference to our ſaid royal burgh of Perth, and the benefits formerly conferred on it, and in a manner de-

The Burgage farm of L. 80 allocated, L. 69, 8s. 8 d. to the Poor, &c. and the remainder for upholding the Bridge of *Tay*.

pend

